

MARTINI
AZPILCVETAE
DOCTORIS NAVARRI,
IVRISCONSULTORVM NOSTRAE
AETATIS CLARISSIMI ET PERSPICACISSIMI.
scilicet uniusque sacrorum Canonum, & Vtriusque Iuris
& facti quaestionum interpretis

IN TRES TOMOS DIGESTA.

QUAE PARTIM AB IPSO, QVAM ADHUC VIXERET, SAEPINVS
edita & recognita, partim eo iam mortuo MS. reperta, vel ab ipso vulgari sermone
conscripta, Latinitate à viris doctis donata, nunc primum produnt: quibus
etiam aliqua sparsim scholia sunt adiuncta, & nonnulla etiam
ornamenta addita, de quibus Epistola ad
lectorem consulenda est.

TOMVS PRIMVS.

QVI PRIMUM COMPLETUS EST IN CARTA QUADAM
DECRETI capita, & *integris septem de Penitentia distinctiones* continere, quorum Catalogum post
vitam Auctoris à Simone Magno Ranzoto scriptam, & auctam, videre poteris.
PRÆTEREA SUNT QVINQVE INDICES, QVORVM PRIMVS QVÆSTIONVM,
vel Theologicarum, vel Iuris facti, qui incipit cuiusque Tomi habetur: Secundus locorum S. Scripturae, qui
ut plurimum interpretationem suam fecit adiunctam. Tertius Iuris Canonici capitum, quæ nunc
scilicet, casus declarant. Quartus est Iuris civilis, qui leges ut eo explicatas
refert. Quintus est Verborum & Rerum omnium copiosissimus, qui
D. NAVARRI operi literarum ob oculos subiicit.



SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.

M. D. XCII.

Es de el colla de la comp^a de Jhu de Salamanca

MARTINVS

DOCTORIS NAUARRVS

Insignis forma, doctrina insignior vnus
At superat summi cultus vtrunque Dei.



Anno Domini M. D. LXXV. Etatis LXXXII.

Corporis effigies hac est veneranda Nauarri,
Mentis at ipsius dant monumenta fidem.

Aliud.

Corporis effigiem potuit licet ipsa Nauarri,
Mentem non valuit pingere docta manus.
At quam non potuit pictor depingere nobis
Ad vnum Auctoris grandia scripta dabunt.

Faint handwritten text at the bottom of the page.



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ANTI-

STITI, D. PETRO DE VILIARS

VIENNAE ARCHIEPISCOPO, ET COMITI,

& Primari Primatum, Joannes Baptista Buysson

Lugdunensis Bibliopola, S.



NON ignoras, Reuerendissime Antistes, & Illustrissime Pri-
matum Primas, sapientissimos illos viros, qui aliquas olim ci-
uitates, aut imperia sua industria, & prudentia à principio con-
stituerunt, vel iam constituta, rectè moderari, & longè lateque
propagare voluerunt, in eo in primis curam omnem, studiumq;
suum posuisse, ut non solum vivibus corporis, armisque se
suaque omnia ab hostibus tutarentur, vel vicinas, & finitimas
gentes, quibus ipsi imperitare cupiebant, adorirentur, sed
ut etiam sapientia, consilioque suos ciues, & populares in officio continerent, & alios
etiam, quos vi subigere non poterant, ingenij artibus, aut alia ratione perdomarent.
Nolo esse in re peruulgata, & omnium gentium litteris, & monumentis consignata
longus, domesticis exemplis contentus ero. Quis adeo est antiquitatis rudis, qui non le-
gerit, vel audierit maioris illas nostras Celtas veteres, quorum fortitudinem, & a:imi
magnitudinem Philosophus admiratur, & qui adeo armis excelluerunt, ut in ipsa
media urbe Roma victoria aliquando sua tropæa erexerint, & in Græcia, Asiæque
permultas regiones, & Prouincias subegerint, domi, & priuatis in suis urbibus,
Druidum, sapientissimorum scilicet virorum concilia, & cæuis habuisse, à quibus ipsi
non modò de animorum immortalitate, & religione, caeremoniisque, & cæteris alijs ad
pietatem, morisque spectantibus erudiebantur, sed etiam eorum legibus, & institutis
rempub. ipsi suam, & ciuitates soluerant temperare? Ex quo profecto (siquid cõiectura
ex alijs veterum historijs licet assequi) haud vanè, ut puto, colligere possumus euenisse,
ut qui in veteribus Græcorum, Romanorum, Carthagenensium, & cæterorum popu-
lorum Annalibus legimus, sapius inter ipsos vnus ciuitatis, vel prouincia incolæ, se-
ditiones excitatas, & bella commota ciuilia: Gallos tamen veteres inter se concurrisse,
& sua fortissima arma in sua viscera conuerisse, nullus, quod sciamus, veterum monu-
mentis traditum audiuius. Quod illi etiam testatum esse posteris hoc eleganti embie-
mate voluerunt, dum Herculem suum, non aliarum nationum instar efformatum in
templis, arisque suis collocabant, sed catenulis quibusdam ex eius ore emanantibus, &
ad perforatas multitudinis auras alligatis, eum ingentem populi vim ad se trahentem
proponebant: quo, ut equidem sentio, significabant, consensum illum, qui inter ipsos
maximè vigeat, concordiamque mutuum, non aliam ad causam esse referendam,
quàm quòd ipsi prudentum maximè virorum consilio, & eloquentia regi se paterentur.

COMMENTARIORVM D. NAVARRI QVOS HIC PRIMVS OPERVM IPSIVS TOMVS CONTINET.

Commentarius in cap. *inter verba*. XI. quæst. III. in quo de gloria, honore, & laude, ac bona fama, & ijs contrarijs, de decore, vituperio, infamia, & detractione. post aliqua de sermone & silentio tractata subtiliter, & erudite disputatur, & quando horum quicquam appetere, vel audire, vel dicere virtutis & vitij actus sit, & quando hæc bona, vel mala sint, quæque inter ea sint peccata mortalia, vel venialia. Compositus primùm sermone Hispano & Catherinæ I. Lusitanæ Reginæ dedicatus: deinde verò ab eodem Latinitate donatus, & auctus, & Gregorio XIII. Pont. Max. oblatas, habetur pag. 1. & seq.

Eiusdem Commentarij Conclusio sexta, quæ ab eo, dum hunc Commentarium Latinitate donaret. 1584. fuerat serè integra omissa, nunc autem 1591. ab eiusdem exemplari Hispanico Conimbricæ impresso de verbo ad verbum translata. In qua de detractionis malo abundè agitur, de fama eiusque restitutione, deque infamia; de denunciatione, inquisitione, accusatione; de reo, & testibus, de tegendi secreti, vel detegendi necessitate; de correctione fraterna; de confessionibus, & confessis, de complicibus reuelandis, vel non, de blasphemia, de iuramento, de tormentis; de excommunicationibus, & monitorijs, aliisque id genus ad iudicia pertinentibus, quæ confessarijs (præsertim cum detentis in carceribus versantibus) scitu digna, atque adeò necessaria sunt habetur. pag. 33. & seq.

Commentarij de regularibus quatuor, quorum primus in cap. *cui parvo*. XII. quæst. I. de sine principali, & paupertate ipsorum disputat. pag. 91.

Secundus in cap. *Non dicatur*. ead. caus. & quæst. de dominio bonorù eorùdè differit. pag. 104.

Tertius in cap. *Nullam*. XVIIII. quæst. II. de quibusdam institutionibus & potestatibus prælatorum eorundem agit. habetur pag. 130.

Quartus in cap. *Statuimus*. XIX. quæst. III. de stabilitate & mutabilitate eorundem tractat habetur. pag. 156. Gloriosissimæ cælorum reginæ Virgini Matri Mariæ Ronceualles patronæ dicati, & Gregorio XIII. Pont. Max. commendati.

Commentarius in principium & glossam summæ causæ XII. quæst. II. de alienatione rerum Ecclesiarum, & sup. cap. *Non liceat*. ead. caus. & quæst. de spolijs clericorum: Gregorio XIII. Pont. Max. dedicatus habetur. pag. 186. & 191.

Comentarius in cap. *si fueraveris*. XIII. quæst. III. in quo de usuris, & cæsis acutè subtiliterq; disputatur, & multa dubia ex manuali confessariorù orta dissoluuntur, ad illustrissimù Dominù D. Carolum Borromæù Cardinalè, & Archiepiscopù Mediolanensem scriptus, habetur p. 227.

Commentarius in cap. *Quoniam quisquid*. XVI. quæst. I. de redditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quo docetur, quibus vrbibus sint impendendi, aut quibus personis dandi, aut relinquendi in quo insertum est ad verbum propugnaculum Apologiz eius libri & ideo prætermisum in hac editione fuit ad Gregorium XIII. Pont. Max. habetur pag. 157.

Francisci Turriani è Societate Iesu ad Gonzalum Herberam Episcopum Laodicensem de ijsdem redditibus Ecclesiasticis doctissima epistola & elegantissima, habetur. pag. 356.

Commentarius in cap. *Humane aures*. XXII. quæst. V. de veritate responsi partim verbo expresso, partim mente concepto redditus ad Gregorium XIII. Pont. Max. habetur. pag. 144.

Commentarius in cap. *cum minister*. XXIII. quæst. V. qui est de finibus humanorù actuum ad D. Gabrielem à Cueva ducem Alberquerquensem, habetur. pag. 33.

Epistola Apologetica ad eundem, qua se contra aliquos eius famam in curia Romana proscindentes defendit, habetur. pag. 357.

Commentarij in septem distinctiones de penitentia ad illustrissimù Dominum D. Philippum Boncompagnium S. R. E. Cardinalem, habentur. pag. 373. Cæterum quid in his commentarijs doctissimis, & omni eruditione Theologica, & Canonica referentissimis continetur longum esset dicere, quæstiones autè quæ postea recensentur, hoc ex parte explicabunt.

COMMENTARIUS IN CAP. INTER VERBA

XI. Q. III.

*IN QVO DE GLORIA, HONORE, LAVDE,
ac bona fama, deque ingloria, vituperio, infamia, & detractione, praemisso
nonnihil de silentio, & loquutione profunda, & resolute traditur, quan-
doque cuiusque horum appetitio, auditio aut dictio sit virtutis,
aut vitij altus, & qua bona, quaeque mala,
mortifera, vel venialis.*

PROOEMIUM.

Donatus latinitate illum commentarium in quoddam celeberrimum celeberrimi Gre-
gorij elogium, iam pridem quibusdam de causis sermone Hispano compositum, in quo
tractaueramus de laude, & vituperio, deque gloria, & ingloria, fama, & infamia, deque bene,
malaeque verborum metis: imprimis quam humilime inuoco Verbum illum supernum à Pa-
tre coaeterno ante saecula genitum, & vnà cum eodem Patre ante eadem saecula producens
Spiritus sanctum vtrique coaetuum, qui linguas etiam infantium efficit disertas, cuiusque vir-
tute Verbum caro factum est, vt gloriosissima Virgine matre Maria, quae ante preces necdum
obsecrata fauorem donat, & ad miseros maternas explicat vlnas, totam eorum sanctissimam
Trinitatem, eandemque indiuiduam vnitatem exorare, ita explicemus verbis aptis, eisdemque
sanctae Romanae Ecclesiae, cuius censuram omnia submittimus, probatis, verborum fructum,
eorundemque damnatum, quo semper defaecata, fructuosa, eique placida loquamur, & au-
diamus. Amen.

ARGUMENTVM.

Premoneo te imprimis Christiane Lector, quod regenti mihi prima suaectionis cathedram in sacra Ca-
nonum facultate in Academia inclita Complutensi maximo cum fauore Christianissimi Regis Ioan-
nis Lusitaniae huius nominis III. & totius regni Florentissimi, quorum obnixio rogatus Caesar ille gloriosissi-
mus, & Isabella eius uxor incomparabilis Augustia, quae praefati Regis erat soror, me illo Salmantica re-
lecta eiusdem suaectionis cathedra misso, cum videret verbum inuisum eiusdem appellationis extrajudicialis
lesus, venit in mentem dubitatio, an deberem respondere aduersario plene retaliando, quantum caritas
Christiana permittit, an omnino silere quantum vera religio suadet, an medium inter utrumque tenere:
cuius rei causa nouem praefati commentario Hispano praemissi, quorum omnium medullam gra-
tia breuitatis in summa in tria infra scripta redigo.

PRIMUM PRAELVDIVM.
SYMMETRYM.

1. Loquendum regulariter lingua loquuti aptiore.
2. Maiores mitoribus ex causa postpositi.



Vobis duo prima praelu-
dia continebant exulsa-
tionem, & rationem,
cui in hoc commentario
potius sermone Hispa-
no quam Latino loqui-
ci sumus, cum vnusquis-
que debeat vni sermone
illo, quo aptius mente
concepta Cicerone au-
ditore, explicare potest,
& enitatur longe opti-
mus potuisse me concepti mea de literis Latinis recepti
& imbibita, Latino quam Hispano profere. Cui nem ede-

non prius hunc commentarium modum promissum, &
quiddam minus, quam quaedam alia promissa, & maiora
cum ratione omnibus proponi debeant, iuxta imaginem
huius glo. pro singularibus huius, & Cardinalis S. Sixti,
& S. Thome, & quibus sunt, qui possunt honeste quidem
depari, sed non exig. Est enim ratio excusandi, iudici multa
sua suo genere meliora & maiora, magisque debita illis,
que tamen ob circumstantias periosam remporum, loci
eorum, & alia frequenter passim debent, & moris ha-
berentis iura, & S. Thome, & multae circumstantiae
quas non expediret non retinere, non edere, ab quas
Hispano verba oportuit Latino praefere, & postponere
maiora moribus, soliminentque debitoam iustitiae
depositioni honeste.

SECUNDVM PRAELVDIVM.
SYMMETRYM.

1. Maiori verbis lesa ex omnibus recedendum.
2. Silentium vnde iudicatum.

Tomus primus. A. & Gratia

MARTINI

AZPILCVETAE
DOCTORIS NAVARRI,
IVRISCONSULTORVM NOSTRAE
AETATIS CLARISSIMI. ET PERSPICACISSIMI.

*Solemnissimique Sactorum Canonum, & Axiomique
Iuris & facti quaestionum inter-
pretis Opera*

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO EA COMMENTARIA FVERVNT REPOSITA,

qua vno ipso super aliquot capita Decretalium D. Gregorij IX. & Extravagantem scilicet

recor. Gregorij XI. quae magis ab iplo impressa fuerunt, quoniam in super illa

nondum edita, & manuscripta opera nunc adierimus, quae partim

in aliqua Decreti capite, partim in Decretalium

volumen conscripta nunc primum in

lucem praeferunt.

CATALOGVS PORRO COMMENTARIORVM OMNIVM,
qui hic habentur paginâ sextâ videre poteris.



L V G D V N I

SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTAE HUYSSON.

M. D. XCVII.

ELOGIA DVO CLARORVM MARTINI AZPILCVETAE DOCTORIS

NAVARRI DISCIPVLORVM: QVIBVS PRAECEPTOREM
ILLI SVVM ADHVC SVPERSTITEM EXORNARVNT:

duo item clarorum Poëtarum de eo Epigrammata,
iam pridem cum adhuc in Lusitania
degeret scripta.

*Didacus Couarrunias à Leusa Episcopus Segobienfis in epitome libri IIII.
Decretalium cap. 1. num. 14.*

Receptum est frequentiori calculo circumstantias, quae non mutant criminis speciem, non esse reuelandas sacerdoti in interiori animae iudicio. Thomas in 4. dist. 17. quaest. 3. Florentinus 3. par. tit. 17. cap. 17. §. 5. Syluester verbo *Confessio*. 1. quaest. 9. & verbo *circumstantia*. ac MARTINVS NAVARRVS, quem praepceptorem Salmanticae habuimus, ac nunc Conimbricæ non vulgari stipendio ius Canonicum profitentem, propter eius summam iuris vtriusque sapientiam, ac mores integerrimos, veneramus. Istinquam in cap. *consideret*, de penit. dist. 5. in principio: dum tractatum de circumstantiis exactissima diligentia expendit, hanc communem opinionem probat.

GREGORIUS CALANDRVS LVSITANVS I. C.
CANDIDO LECTORI S.



*F*reſtabam. Lector beneuole, aliam maiorem occaſionem, qua poſſem Domino, ac Praeceptoris mei officij mei debitum ex integro perſoluere. Sed recens editio aurei Enchiridij, ſiue Manualis Confessariorum, & operum aliorum eiusdem frequentia non patiuntur longiores moras, & me quaſi nolentem cogunt vicumque prodire ſoras, ac illis veluti magna ſumma credito-rem, leui quodam, ſed grati animi indice, munuſculo praeuenire, donec pleno aliquando opere ſatiſfaciam. Sic frondibus coronantur Diuorum altaria, & mola litant, qui thura non habent. Quod autem praecipue me ad hoc adiecit, eſt, quod arbitrer eſt republica Chriſtiana eſſe, ut vel leuis notiſſima habeatur de magna aſtimatione eruditionis eius, quam cum viſa integritate conſuetam ſemper habuit, deſque qualitate operum eius, quo libentius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, Candide Lector, vnum noſtri ſaeculi doctrina, ac ſanctitatis exemplar, D. MARTINUM AB AZPILCVETA Doctorem NAVARRVM, qui tam in praefato Manuali, quam omnibus alijs, vtrumque tibi ſartum lectum oſtendit. Alterum quidem, dum primum in ſe, deinde in alijs vicia omnia, atque peccata remedys opportunis extirpat, & actus hominum ad bene, beatèque viuendum ſedulo inſeruit. Alterum dum in ijs ritè peragendis omnia iuris diuini & humani, & vtriuſque philoſophia penetrat, & abſtruſa quaſi recludit, & in medium proferit, ea copia, ut nihil addi poſſit, ea breuitate, ut nihil diminui. Tanto in hac vltima manu ſuis prioribus ſuperior, quanto ſua priores aliena ſuperarunt. Sic ſunt omnia eiusdem Auctoris opera noſiſſima, vel qua addendo prioribus olim, editis locupletat, vel qua de nouo nunc edita plurima. Vergente quippe deorſum conditione corporea, vigor ſpiritus in ſublimiora conſcendit, & quaſi alter natura cygnus, quo morti proximior, eo ſuauius

DVO EPIGRAMMATA
ILLORVM DVORVM
INSIGNIVM VIRORVM

Quos regia Maestas ex Gallia Conimbricam magnis honorarijs duxit, primis
Auctoris operibus, ante quadraginta annos Conimbricæ adiecta.

*Alterum illius eruditissimi, qui tunc insignis Collegij honorum artium
Conimbricensis professor erat Primarius.*

AD AVCTOREM.

Macte animi, venerande senex, qui pe-
ctore sancto
Abdita secreta referas penetralia Iuris:
Et veras recludis aper, rursiq; rebellis
Sæpe renascentem vesicas rationibus verbam.
Non tu Diutæ mendacia callidus antro,
Auctoremque Iovem fingis Lucæve Capeno
Atria nos Iurnæ simulacra commercia Nymphæ:
Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:
Sed liquida veri puris de fontibus unda
Pectora nostra rigas, moreq; in prava fluentes
Corripis, & iustus legum compescis habentis,
Spernimias, animosq; feros moderamine flectis,
Pontifices tu per sacra, dominosq; potentis
Ausonia, regesq; doces discrimine certo
Nasse modum iuris flexiq; obliqua doloso
Exiguæ ad Canones interpretæ commodus æquos.
Ergo velut dubijs Phœbea oracula rebus,
Aut Lihycas sortes, aut Dodonæa petebant
Templa inopes veri, trepidoque instante tumultu:
Sic cum perplexi mentes ambagibus error
Implicat, & iuris sinuoso tramite fallit
Semina, tu dubios regi, errantesque reducis,
Confirmas trepidos, remocâsq; in cæca ruentes,
Et mala ne serpent rabiosa semina litis,
Ante cauc: & iustitia præceptor inermis
Aurea compositis inflauras secula bellis.

ALTERVM IACOBI
TEVII I. C. ELOQVEN-
tissimi ad eundem.

Mens, lingua, ingenium, Natura dona pe-
rentis
Sunt licet, artibus munere cuncta nitent.
Pura quidem, & minimis mens candida scribibus
ut sit
Natura, arte eadem purior esse potest.
Linguae stidem sonitum præbet natura suavitatem,
Suanior ut fiat postulat artis opem.
Qui neget ingenium nostra magis arte mutari,
Ut solet absuluo vomere cultus ager?
Hæc data diuino tra sunt tibi munere dona,
Mens pura, & ingenij lumen, & oris opes.
Purius illa carmen studijs exculta nitescunt,
Et rude, si quid erat; sedulus arte dolas.
Sydera seu claro debent sua lumina Phœbo,
Sic sua virtutum lumina terra tibi.
Sermo fuit facilis sapienti e pectore manans,
In sene doctuloque Nestore qualis erat.
Testis erit lingua, & mentis latissimus orbis,
At quale ingenium sit tibi scripta docent.

RELECTIO IN CAP. SI QUANDO, DE RESCRIPTIS

P R A E F A T I O.

Quoniam multi huius Curiae amplissimae viri, eruditi, & studiosi cupiant, vt typis excudantur duae Praelectioniones, quas nos ante circiter quadraginta annos habuimus in inelyta Lusitaniae Conimbricensi Academia, super cap. si quando, & cap. cum contingat, de rescriptis occasione cuiusdam magnae causae beneficiariae, quae tunc occurreret, decreuimus eismorem gerere, implorata primum Sacrosanctae Sedis Apostolicae, cui omnia subiicio, immo & cuiuslibet alius melius me sentientis exoptata censura. Quoniam item ob aliquas causas nonnullis vitiis, pietate, prudentia, & eruditione clarissimis, in quibus est Reuerendissimus in Christo Pater F. Sixtus Fabri Lucensis, Illustrissimi Ordinis Praedicatorum, Magister Sacri Palatii, visum est gratius fore Deo Opt. Max. vt tacitis nominibus litigantium & dignitatis, super qua litigabatur, id fieret, abstulimus illa, & quaedam alia ad veritatem doctrinae parum pertinentia, quibuldam aliis, quae vtiliora sunt, eis substitutis.

T H E M A S E V C A S V S.

Quidam A. Canonius Ecclesiae cathedralis B. renuntiavit suam Canoniam in fauorem patris C. qui tunc erat infans, reservato sibi accessu, & regressu: & contra pater dicti C. renuntiavit quamdam Cantoriam, & canonicatam alterius Ecclesiae cathedralis D. in fauorem praefati A. reservato etiam accessu, & regressu praefato patri dicti C. Mortuo autem post multos annos praedicto A. quidam E. accepit praedictam Cantoriam, & cepit possessionem, uti vacantem per eius obitum, virtute cuiusdam indulti Reginalis à Papa concessi. Quare praefatus C. qui iam erat Archidiaconus alterius Ecclesiae, petiit praefatam Cantoriam à praedicto E. virtute dicti regressus & accessus sibi à Papa concessi cum hac clausula, Quod in casum non solutionis pensionis esset priuatus praedictis Cantoria, & Canonicatu: & quod tunc, ac dicto A. cedente, vel decedente: seu Cantoria, ac Canonicatu, & praebenda D. huiusmodi quouis modo vacantibus, etiam apud Sedem, &c. Non obstantibus, &c. Et si horum expressio, &c. Quorum tenores haberentur pro expressis, &c. Quibus sic stantibus quaesita sunt duo à praedicto Doctore Martino ab Azpilcueta Navarro, qui tunc tenebat cathedram primariae functionis in inelyta Lusitaniae Academia Conimbricensi. Alterum est, An exceptiones, quae opponebantur contra C. & suam regressum essent legitima. Alterum, An causae nullitatis, quae opponebantur contra executorum praedicti C. & eius censuras essent efficaces. Qui quidem Doctores quia tunc interpretabatur titulum de rescriptis, ne fraudaretur auditor es interpretatione illius, prius quesiui disputant super cap. si quando, quasi quoddam auctarium eius: & secundum super cap. cum contingat, ut alteri etiam auctarium eius, allegando bona fide pro utroque litigante, quae videbantur alleganda, & suam pro parte, quae sibi videbatur verior, sententia pronuntiando.

PRIMUM PRAELVDIVM.

S P M M A R I U M.

- 1 Rescriptum ad litteras susceptivam regulariter ipsa iure validum, ad beneficia per se non, nec executionem ipsius deputatis.
- 2 Rescriptum ad beneficia sine speciali mandata valet.

DISPUTAVIT igitur prius quaesitum, nempe, An exceptiones oppositae ab E. contra C. & accessum, vel regressum eius sint legitima, praemittendum est primum sub quo genere rescriptorum ex litteris accessus, & regressus sint consideranda. Et certum est primum, litteras rescriptas ad beneficia constitutivas esse, qua

A paret facultatem ad praefatam Cantoriam accedendi, non vacaret, cum nemo quomodo non fuerunt datae principaliter ad lites detinendas ac vitandas, sed ad adsequendam beneficiorum possessionem.

B E quo iuratur primum, esse ipso iure nullas esse, si sint susceptivae. Siquidem licet rescriptum ad litteras susceptivum non sit regulariter ob id ipso iure nullum, secundum glossam, quam communis ibi, & ubique sequitur: tamen rescriptum ad obtinenda beneficia, regulariter ipso iure nullum est, si susceptivum fuerit, secundum praefatam glossam, & ab omnibus acceptum. Ad id quod de paratariis, & de iudicibus, & de iudicibus illi accessoris, licet sit quoddam rescriptum ad litteras, est ipso iure inutile, vt habet cap. constitutum, & ubi Patrum in terminis & Decius, & hinc adnotatur in cap. accessus, & de litteris Belinus, & licet nos traqueamus in cap. cum contingat.

De cap. ad susceptivam, & de rescriptis, & de paratariis, & de iudicibus, & de iudicibus illi accessoris, & de litteris Belinus, & licet nos traqueamus in cap. cum contingat, & de litteris Belinus, & licet nos traqueamus in cap. cum contingat, & de litteris Belinus, & licet nos traqueamus in cap. cum contingat.